



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quales epistolæ à metropolitano sint fratribus dirigendæ. xlviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

vel reliquarum pertinent rerum. Seipsum verò qui contempserit, accusabit, nisi fortè per aegritudinem ire nò possit.

Quales epistolæ à metropolitano sint fratribus dirigendæ. Cap. LXVIII.

Ex cõcil. Terraco nensi, ca. 13. **E** Pistolæ tales per fratres à metropolitano sunt dirigendæ, vt nò solù de cathedralibus Ecclesiæ presbyteris, verùm etiã de diocesanis ad conciliũ trahant, & aliquos de filiis Ecclesiæ secularibus secum adducere studeant.

De eadem re. Cap. XLIX.

Ex cõcil. Agath. cap. 36. **S**I metropolitani Episcopus ad cõprouinciales Episcopos epistolam direxerit, in quibus eos, aut ordinationem alicuius fratris, aut ad synodum inuiter, postpositis omnibus, excepta graui infirmitate corporis, aut præceptione regia, ad constitutam diem adesse non differat. Qui si defuerint, sicut prisca canonum præcepit auctoritas, vsque ad proximam synodum charitate fratrum, & Ecclesiæ communi priuentur.

De episcopo qui synodo adesse neglexerit. Cap. L.

Ex cõcil. Spalensi, cap. 10. **S**I quis autem Episcoporum synodo adesse neglexerit, aut cõtium fratrum, antequam concilium dissoluatur, crediderit deserendum: alienum se à fratrum communiōne cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus.

De Episcopo, qui per aegritudinem ad synodum venire non potuerit. Cap. LI.

Ex decr. Felicis papæ, ca. 11. **Q**UOD si agrotans fuerit Episcopus, aut aliqua eũ grauis necessitas detinuerit pro se legatum ad synodum mittat: suscepturus salua fidei veritate, quicquid synodus statuerit.

De episcopis ad synodum vocatis, & venire, & missos suos mittere dedignantibus. Cap. LII.

De synodo apud Althei habita, cap. 10. **P**Lacuit sanctæ synodo episcopos, qui vocati de Saxonia ad sanctum concilium non venerunt, nec secundum canones sacros missos suos vel vicarios direxerunt, graui increpatione obiurgare, & pro culpa inobedientiæ increpare Vnde iterum eos fraternam charitate ad cõdictũ concilium inuitamus & vocamus, Quòd & si hoc, quod nò